



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Nucleus Practici Tractatus, De Legibus

Marchius, Ewald

Coloniæ Agrippinæ, 1660 [erschienen] 1661

§. 15. Qualiter in hoc mundo vivendum sit, docet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42256

§. 15.

Qualiter Homo se gerere debeat, dum in
Mundo degit.

Carissimi, obsecro vos tanquam Advenas
& Peregrinos, abstinere vos, à carnalibus
desideriis, quæ militant adversus Ani-
mam. 1, Petri 2. v. 11.

Non enim, hic habemus manentem civita-
tem; sed futuram inquirimus. Habr. 13.
v. 14.

UT Cervus sitiens, festinus currit ad
undas,

b Ad Patriumque solum, Peregrinus totus
anhelat,

c Præfixumque scopum, curat finire viarum,
Otia non quærit, Requiẽ nec habere laborat,

d Ut citius capiat, consortia grata suorum:
Sic quoque festina, ad Patriam tendendo

e supernam,
Nullas neçte moras, tempus breve, semita
longa est,

f Donec ad optatam, perveneris ipse quie-
tem:

Duxerit ipse via **CHRISTUS**, præcedet
Euntem,

C 2 Devia

a Psal. 41. **b** Psal. 38. Habr. 11. **c** 1. Cor.

9. 2. Tim. 4. **d** Psal. 118. Habr. 4. **e** Eccl. 31.
f Apoc. 6. & 14.

Devia prævertet, latitantes deteget, hostes,
Præfens semper erit, quamvis videatur ab-
esse:

a Nec diffide Deo, *b* Patienter ferto La-
bores,

c Certus, quod curam pro te gerat ille Pater-
nam,

d Et Gemitus *e* Lachrymasque tuas, cura-
tosque Dolores

f Audiat, aspiciat, notet, ut solatia præstet:

g Hinc in eum, cunctas Humanas projice
curas,

h Ipsius Auxilium, sincero corde require:

i Non recreat tua Poena Deum, *k* Patien-
tia grata est,

l Hanc amat, ut dignam reddat mercede
Coronam,

m Quam Nulli tribuit, nisi post certamen
Agonis.

a Psal. 124. & 40. Dan. 13. 1. Ioan. 2.
b Eccli. 2. 1. Petri. 2. Luca. 21. *c* Psal. 26.
Math. 6. *d* Psal. 6. 26. & 101. *e* Isa. 25.
Ier. 14. Psal. 6. & 21. Apoc. 7. & 21. *f* Tob. 12.
Apoc. 2. Psal. 90. *g* Psal. 54. 1. Petri 5. Math.
6. *h* Psal. 69. & 120. & 119. Hebr. 4. 2.
Machab. 16. *i* Sap. 1. Isa. 6. Ezech. 33. *k* 1.
Cor. 2. Iac. 5. Ephes. 4. Luca 21. *l* 2. Tim. 4.
Hebr. 12. *m* 2. Tim. 2.

a Otia, Delitiæ *b* Luxus, Fortunaque

c Mundi,

d Sunt Escæ Sathanæ, Syrenum carmina
blanda

e Fomenta Inferni, quæis pœna æterna pa-
ratur

f Hinc licet Exilium præsens sit vita mole-
stum,

Sis, Patiens, Cœli sic Regna mereberis olim,
Quæ tibi præsentis vitæ tribulatio pandet.

§. 16.

*Virtutem laudat, & per qua acquiratur,
explicat.*

Benedictionem dabit Legislator, ibunt de
Virtute in virtutem, videbitur Deus Deo-
rum in Sion, *Psalm. 83. v. 8.*

*N*obilis est *Virtus*, figit super Æthera
sedem,

Conculcat terrena pede, ad Cœlestia tendit

b Vivit in æternum, moritur post funera
nunquam

Est Regina potens, cujus sunt præmia larga,

i Quæ non distribuit, nisi post fera prælia
belli,

C 3 Tunc

a *Prov. 12. & 28. Eccli. 33. b* *Exodi 12.*

Psal. 143. Luca. 16. c *Psal. 36. d* *Eccli. 21.*

Job. 21. e *Gen. 47. Psal. 38. 1. Paralip. 29. 1. Pe-*

tri 2. g *Rom. 5. h* *Judith. 11. i* *1. Corinth. 6. 2. Timoth. 4. ibid. 2.*